

INCIPIIT EPISTOLA DECRETALIS CALISTI PAPAE DE IEIUNIO QUATTUOR
TEMPORUM PER¹ ANNUM ET RELIQUIS CAUSIS.

[H. 1] Calistus² archiepiscopus ecclesiae catholicae urbis Romae Benedicto³ fratri et
coepiscopo salutem in domino.

5 Fraternitatis amore constringimur et apostolicae⁴ sedis⁵ moderamine⁶ convenimur⁷, ut
consultis⁸ fratrum, prout dominus dederit, respondeamus eosque apostolicae sedis auctoritate
instruamus.

Ieiunium⁹ quod ter in anno apud nos celebrare didicisti, convenientius¹⁰ nunc per quattuor
tempora fieri decernimus, ut, sicut annus per quattuor volvitur tempora, sic¹¹ et nos
10 quaternum sollemne agamus ieiunium per quattuor¹² anni tempora. Et sicut replemur
frumento¹³, vino et oleo ad alenda corpora, sic repleamur ieiunio ad alendas¹⁴ animas iuxta
prophetae Zachariae vocem, qui ait: Factum est verbum domini ad me dicens: Haec dicit
dominus exercituum: Sicut cogitavi ut affligerem vos, cum ad iracundiam me¹⁵ provocassent
patres vestri, et non sum misertus, sic conversus cogitavi in diebus istis, ut benefaciam
15 Hierusalem et domui Iuda. Nolite timere, haec sunt verba quae facietis: Loquimini veritatem
unusquisque cum proximo suo, veritatem et iudicium pacis iudicate in portis vestris, et
unusquisque malum contra amicum suum¹⁶, ne cogitetis in cordibus vestris, et iuramentum
mendax, ne diligatis. Omnia enim haec sunt, quae odivi, dicit dominus. Et factum est

Quellen:

5: *Fraternitatis - convenimur*, init. Gelas. I. ep. ad episc. per Lucan. (H. no. 82). Cf. Symm. syn. VI.
8-10: *Ieiunium - tempora* sec. c. 2. vit. Calist. in libr. pontif.
12-22: *Factum - exercituum*, Zach. VIII. 18-23.

Rezeption:

5-27: *Fraternitatis – sequantur*. Coll. Ans. ded. XI,37.
8-10: *Ieiunium – tempora*: Ivo, Decr. IV,26; Ivo, Pan. II,175; Polycarpus III,25,13; Gratian D. LXXVI, c. 1.
8-11: *Ieiunium – animas*: Bonizo VIII,69.
8-12: *Ieiunium – ait*: Deusdedit I,71 (s. auch 19f.; 28-32) (12: *ait*] *dicit*).

¹ PER ANNUM *fehlt* VD38

² Calixtus V630

³ benedictio I83

⁴ apostolicae *korr.* zu apostolico V630

⁵ sedis *fehlt* V630

⁶ *interlinear* regimine VD38

⁷ *interlinear* commovemur VD38

⁸ *am Rande* interrogationibus VD38

⁹ *am Rande* De ieiunio quattuor temporum I83

¹⁰ *interlinear* congruentius VD38

¹¹ sic et nos quaternum sollemne agamus ieiunium per quattuor anni tempora *fehlt* I83

¹² quattuor anni] anni quattuor V630

¹³ furmento VD38

¹⁴ alandas O93

¹⁵ me provocassent] provocassent me V630

¹⁶ suum *fehlt* I83

20 verbum domini exercituum ad me dicens: Haec dicit dominus exercituum: Ieiunium quarti et
ieiunium quinti et ieiunium septimi et ieiunium decimi erit domui Iudae in gaudium et in¹⁷
laetitiam et in sollemnitates praeclaras. Veritatem tantum et pacem¹⁸ diligite, dicit dominus
exercituum.

In hoc ergo omnes nos unanimes oportet esse, ut secundum apostolicam doctrinam idipsum
dicamus omnes, et¹⁹ non sint in nobis schismata. Simus²⁰ autem perfecti²¹ in eodem sensu
25 et in eadem scientia²², in cuius operis devotione gratulamur dilectionem tuam esse
consortem²³. Non decet enim membra²⁴ a capite dissidere²⁵, sed iuxta sacrae scripturae
testimonium omnia²⁶ membra²⁷ 28 caput sequantur.

[H. 2] Nulli vero dubium est, quod apostolica ecclesia mater sit omnium ecclesiarum, a cuius
vos²⁹ regulis nullatenus convenit deviare³⁰. Et sicut filius venit facere voluntatem patris, sic
30 et vos voluntatem vestrae impleatis matris³¹, quae est³² ecclesia³³, cuius caput, ut³⁴
praedictum est, Romana existit ecclesia. Quicquid³⁵ ergo sine discretione iustitiae contra

Quellen:

23-26: *In - consortem*, I Petr. III. 8. et Leon., M. ep. 116. c. 1.

26: *Non - dissidere*, Leon. M. ep. 14. c. 11. (1, 692). Cf. Pii 1, Sixt. II. pp. 4, Melc. 3, ep. Aegypt. ad Marc, Iul. 9, Fel. IV. ep. 1.

26f: *sed - sequantur*, Rom. XII. 5.

28: *Criminationes - suscipiat*, Ben. II. 357. aut c. 12. (bis) Angilr. (Xysti Pyth. s. 250). Cf. Steph. 13, Euseb. 17, Sixt. III. pp. ep.

Rezeption:

19f.: *Ieiunium – decimi*: Deusededit I,71 (s. auch 8-12; 28-32) (20: *decimi*] *Xmi et reliqua*).

26-32: *Non – permittit*: Sentenzen c. 4 (26: *enim* fehlt; 26: *membra a capite*] *a capite membra*); Anselm v. Lucca (26: *enim* fehlt; 26: *membra a capite*] *a capite membra*); Polycarpus I,19,2 (26: *enim* fehlt; 26: *membra a capite*] *a capite membra*); Gratian D. XII, c. 1 (26: *enim* fehlt; 26: *membra a capite*] *a capite membra*).

28-32: *Nulli – permittit*: Coll. Ans. ded. I,18; Deusededit I,71 (s. auch 8-12; 19f.) (28-31: *a – ecclesia* fehlt).

¹⁷ in fehlt I83

¹⁸ pace VD38

¹⁹ ut I83

²⁰ Scimus O93

²¹ perfecti korr. aus fecti VD38

²² sententia VD38

²³ am Rande participem VD38

²⁴ membra a capite] a capite membra V630

²⁵ interlinear discordare VD38

²⁶ omnia membra caput sequantur. Nulli vero dubium est, quod apostolica ecclesia mater sit omnium fehlt I83

²⁷ menbra caput korr. aus membra O93

²⁸ membra capud sequantur. Nulli vero dubium est, quod apostolica ecclesia mater sit omnium ecclesiarum, a cuius vos regulis nullatenus convenit deviare (am Rande recedere). Et sicut filius venit facere voluntatem patris, sic et vos voluntatem vestrae impleatis matris quae est ecclesia korr. aus membra VD38

²⁹ nos VD38

³⁰ am Rande recedere VD38

³¹ matris quae est] matrisque I83

³² est fehlt O93; N442

³³ ecclesiae I83

³⁴ et VD38

³⁵ am Rande Ut nemo criminationem contra doctorem recipiat I83

huius disciplinam³⁶ actum fuerit, ratum³⁷ habere³⁸ ratio nulla permittit³⁹.

[H. 3] Criminationes⁴⁰ vero contra doctorem⁴¹ nemo suscipiat, quia non oportet filios patres repraehendere, nec servos dominos lacerare. Filii ergo sunt doctorum omnes, quos instruunt, et sicut filii patres carnales, sic et hi patres debent diligere spiritales. Non enim bene
 35 vivit⁴², qui non recte credit⁴³, aut patres repraehendunt vel detrahunt suos⁴⁴. Doctores ergo, qui et patres vocantur, magis portandi quam repraehendendi sunt, nisi in recta fide erraverint. Nullus ergo⁴⁵ doctor⁴⁶ per scripta accusetur⁴⁷ nec sine⁴⁸ fideli et legitimo⁴⁹, qui⁵⁰ etiam⁵¹ irrepraehensibilem vitam ac conversationem ducat⁵², accusatori⁵³ respondeat, quia
 40 indignum est, ut doctor stulto et indocto atque repraehensibiliter viventi respondeat iuxta stultitiam suam dicente⁵⁴ scriptura: Non respondeas stulto iuxta stultitiam suam. Non bene vivit, qui non recte credit. Nihil mali vult⁵⁵, qui fidelis est. [H. 4] Si quis fidelis est, videat, ne falsa loquatur aut cuiquam insidias ponat. Fidelis homo semper fideliter agit, et infidelis

Quellen:

35f.: *Non - credit*, Xysti Pyth. s. 189.

36-38: *doctores - erraverint*, Isid. sent. III. 39. no. 6. s. aut conc. Aquisgr. a. 816. lib. I. c. 31. Cf. Clem. 42, Anacl. 39, Fab. 23.

38f.: *nec - accusatori* sec. Ben. I. 74. III. 111. aut cap. Aquisgr. a. 789. c. 35.

41: *Non - suam*, Prov. XXVI. 4.

41f.: *non - credit*, Xysti Pyth. s. 189.

42: *Nihil - est*, Xysti Pyth. s. 203. Cf. Ale x. 18, Pont. 6, Corn. 6, Melc. 5.

42f.: *Si - ponat*. Cf. Pont. 7, Melc. 5.

Rezeption:

33-42: *Criminationes – qui fidelis est*: Coll. Ans. ded. III,104.

33-49: *Criminationes – avertere*: Burchard I,135; Ivo. Decr. V,234.

36-38: *Doctores – erraverint*: Ivo, Pan. IV,38.

38: *Nullus – accusetur*: Ivo, Pan. IV,55 (s. auch 3. Iulius-Brief, pseudo-nikänische Kanones) (48: *doctor*] *doctorum*)

42-46: *Si – auditorum*: Coll. Ans. ded. VII,4.

³⁶ disciplinam VD38

³⁷ am Rande dignum iustum VD38

³⁸ habere korr. zu haberi V630; haberi VD38

³⁹ interlinear concedit VD38

⁴⁰ am Rande De accusatoribus V630

⁴¹ doctore VD38

⁴² vivunt VD38

⁴³ credunt VD38

⁴⁴ suis I83

⁴⁵ ergo doctor korr. aus ergo O93

⁴⁶ doctor korr. zu doctorem V630

⁴⁷ accuset O93; V630

⁴⁸ nisi V630; N442; in se VD38

⁴⁹ legitimo korr. aus legitima V630

⁵⁰ quia I83

⁵¹ etiam fehlt I83

⁵² educat I83

⁵³ accusari VD38

⁵⁴ dicente scriptura: Non respondeas stulto iuxta stultitiam suam fehlt I83; VD38

⁵⁵ vut VD38

callide insidiatur atque fideles⁵⁶ et pie ac iuste viventes perdere nititur⁵⁷, quia similis
 45 similem sibi quaerit. Infidelis vero⁵⁸ homo⁵⁹ mortuus est in corpore vivente⁶⁰. Econtra⁶¹
 sermones fidelis hominis vitam⁶² custodiunt auditorum⁶³.

[H. 5] Doctorem enim catholicum et praecipue⁶⁴ ⁶⁵ domini sacerdotem, sicut nullo errore
 implicari⁶⁶, ita nulla oportet machinatione⁶⁷ aut cupiditate violari⁶⁸ dicente quippe scriptura
 50 sancta: Post concupiscentias tuas non eas, et a voluntate tua avertere. Multis mundi huius
 illecebris⁶⁹, multis vanitatibus resistendum est, ut verae continentiae obtineatur integritas.
 Cuius prima est labes superbia, initium transgressionis⁷⁰ et origo peccati, quoniam mens
 sponte avida⁷¹ nec abstinere novit nec pietati adhibere⁷² consensus. Nullus bonorum
 inimicum⁷³ habet nisi malum, qui ideo esse permittitur, ut aut corrigatur aut per ipsum
 bonus exerceatur. Quicquid ergo repraehensibile⁷⁴ est, catholica defendit ecclesia.

55 [H. 6] Nulli imperatori vel cuiquam pietatem custodienti licet aliquid⁷⁵ contra mandata divina
 praesumere. Iniustum ergo iudicium et definitio iniusta regio metu aut iussu aut⁷⁶

Quellen:

45: *Infidelis - vivente*, Xysti Pyth. s. 6.

47-52: *Doctorem - consensus*, Leon. M. ep. 106. c. 1. (1159). Cf. Vict. 6.

53-54: *Nullus - exerceatur*, Prosp. Aquit. s. 203.

54: *Quicquid - ecclesia*, c. 9. i. f. conc. Nicen. Cf. Marcellini 3, Dam. 14, Symm. syn. VI.

55f.: *Nulli - praesumere*, Cass. hist. trip. X. 6. aut Ben. I. 402. aut c. 16. (bis) Angilr. Cf. Marcellini 4, Symm. syn. VI.

56f.: *Iniustum - valeat*, l. Visig. II. 1. 28. tit. aut Ben. I. 405. aut c. 18 (bis) Angilr. Cf. Marcellini 4, Symm. syn. VI.

Rezeption:

47-54: *Doctorem - ecclesia*: Coll. Ans. ded. X,142.

54: *Quicquid - ecclesia*: Polycarpus I,27,1 (54: *repraehensibile*] *inreprehensibile*[vgl Note 74]).

54-60: *Quicquid - gloriatio*: Ivo, Decr. V,235.

56f.: *Iniustum - valeat*: Sentenzen c. 105; Anselm v. Lucca III,86.

56-60: *Iniustum - gloriatio*: Gratian C. XI, q. 3, c. 89 56 (*ergo* fehlt).

⁵⁶ fideles korr. aus fidele VD38

⁵⁷ am Rande laborat VD38

⁵⁸ vero fehlt V630

⁵⁹ homo fehlt N442

⁶⁰ viventi I83

⁶¹ Econtra] Et contra V630; Et econtra I83

⁶² vira VD38

⁶³ auditorum] ad adiutorium korr. aus adiutorium V630; adiutorium I83; aut litorum VD38

⁶⁴ praecipientem VD38

⁶⁵ praecipue domini korr. aus praecipue O93

⁶⁶ interlinear involvi VD38

⁶⁷ am Rande Maligna dispositione sive tractatu VD38

⁶⁸ interlinear corrumpi VD38

⁶⁹ interlinear delectationibus VD38

⁷⁰ transgressimus VD38

⁷¹ interlinear cupida VD38

⁷² am Rande adiungere VD38

⁷³ inimicum korr. aus inicum VD38

⁷⁴ inreprehensibile V630; VD38

⁷⁵ aliquod VD38

⁷⁶ Ad I83; aut fehlt VD38

cuiuscumque⁷⁷ episcopi aut potentis a iudicibus ordinata vel actum⁷⁸ non valeat.

Homini religioso parum esse debet inimicitias aliorum non exercere vel augere male loquendo, nisi⁷⁹ etiam eas extinguere bene loquendo studuerit. Melior est in malis factis
 60 humilis confessio quam in bonis⁸⁰ superba gloriatio. Omnes vero, qui amant vitam beatam, malunt⁸¹ eam tranquillitatis suae et iustitiae statu currere quam nostrorum peccatorum poenis ultricibus interpolari⁸².

Memor enim sum me sub illius nomine ecclesiae praesidere, cui⁸³ a domino Iesu Christo est glorificata confessio, et cuius fides omnes semper destruit errores. Et intellego aliter⁸⁴
 65 mihi non licere quam omnes conatus⁸⁵ meos⁸⁶ ei causae, in qua universalis ecclesiae⁸⁷ salus infestatur, impendam. Spero autem⁸⁸ affuturam misericordiam dei⁸⁹, quod cooperante eius clementia⁹⁰ omnis pestifer morbus ipso pellente auferatur, et quicquid ipso inspirante atque auxiliante poterit salubriter fieri⁹¹, cum tuae fidei et devotionis laude peragatur⁹², quoniam res omnes aliter tutae esse non possunt, nisi⁹³ quae ad divini muneris⁹⁴ famulatum
 70 pertinent⁹⁵, sacerdotalis defendat auctoritas. Data XI Kal. Decemb. Antonio⁹⁶ et Alexandro cc.⁹⁷ cons.

Quellen:

58f.: *Homini - studuerit*, Prosp. Aquit. s. 179. Cf. Clem. 50.

59f.: *Melior - gloriatio*, Prosp. Aquit. s. 118.

60-62: *Omnes - interpolari* sec. Ambros. ep. 34. ad Horontian. no. 10. (2, 924).

63-66: *Memor - impendam*, Leon. M. ep. 61. c. 2. (1, 984). Cf. Sixt. II. pp. 1, Pelag. II. pp. ep. i. f.

66-70: *Spero - auctoritas*, Leon. M. ep. ep. 60. (1, 983).

70f.: Nota cons. des. ex vit. Calist. c. 1. in libr. pontif.

⁷⁷ cuiuscumque VD38

⁷⁸ acta N442; VD38

⁷⁹ nisi etiam eas extinguere bene loquendo *fehlt* I83

⁸⁰ bonis] bonis factis VD38

⁸¹ *am Rande* magis optant VD38

⁸² *am Rande* corrumpi cruciari VD38

⁸³ cuius VD38

⁸⁴ alit VD38

⁸⁵ *am Rande* labores vires VD38

⁸⁶ meas VD38

⁸⁷ ecclesia I83

⁸⁸ autem] autem mihi VD38

⁸⁹ dei quod *fehlt* I83

⁹⁰ clementia] clementia quod I83; VD38

⁹¹ fieri *fehlt* V630

⁹² peragat V630

⁹³ nisi *fehlt* VD38

⁹⁴ numeri I83; numeris VD38

⁹⁵ pertinent] pertinent nisi eas VD38

⁹⁶ antoni I83

⁹⁷ cc. conss.] com consunt VD38